



1. Gotth. / Matth. / Epicedion. in obitum
Henrici Senioris Comitis in Solberg
1583.
2. Cinglary / Joh. / Epitaphis Comitis
Wolfgangi in Solberg, 1582.
3. Kunner / Joh. / Elegiarum Carmen
de eterna deitatis nostri Jesu Christi
cum patre et spiritu sancto
divinitate, 1593.
4. Nenni dis manibus Johannis
Comitis in Solberg, 1612.
5. Vordy / Balthas. / gratulatio
M. Liborio Helio, 1617.
6. gratulatio de nuptijs Johannis
Hoffmeisteri, 1620.

7. gratulatio de Nuptijs Johannis Bohne
1628.
8. Epicedia in obitum Dorothæe Strüde,
1635.
9. gratulatio de Nuptijs Henrici
Bohnen, 1635
10. Epicedia in obitum Christophori
Comitis in Stolberg, 1638.
11. Epithalamia, Henr: Meldavy 1638.
12. Elegia funebris M. Joh. Fortumanni
in obitum Christophori Comitis
in Stolberg, 1638.
13. Epiphonema, sub Regimini;
auspiciis Henrici Comitis in Stolberg
quando Homagium a Wernigeroda.
eis prestabatur, conscriptum,
1639
14. gratulatio de Nuptijs Phil. Poswitz
1639.
15. Hombergij / M. Joh. / diff. de
definitione Naturæ, 1642.
16. Epithalamia, Jac: Friedr. Bezen
1643.
17. Carmina gratulatoria honori
Henr: Meldavy Serijota, 1643

- 18 gratulatio de nuptijs Wolff:
Gerdangij, 1644.
- 19 Epithalamia in honorem nuptiarum
Wolff: Gerdangij, 1644.
- 20 Loifzeit lied zu ffr Wolffgang
Gerdang, 1644.
- 21 Barneri / Heins / Liefja gedicht,
Joh. Kühnen ged. von Gedicht
in Schauen 1644.
- 22 gratulatio de nuptijs, Jacobi
Haberstroch, 1645.
- 23 Gratulatio epica novis honoribus
Henr. Meldawij consecrata, 1645.
- 24 Querele due, Altera Hierosolyma
deplata altera de miserrimo
Religionis statu 1645.
- 25 Loifzeit gratulation an Henr.
Meldaw. 1647.
- 26 yfingf - undf an quäff in
Anna Elifab. zu Melbroy
by ffron fuff zu zur Debrauey
in quindigzabung 1648.
- 27 Gratulatio de mutatione Anni
Henrici Wirtingij, Henr. Ern. Com.
Holl: Oblata. 1649.

28. Lorber / Herm. / gratulatio de
promotione Joh. Frischmuth
in Doctorem philosophiae, 1651
29. Slazgodt / ioh. de toll Sigism.
Chemnitz / Syndici in Wernigerode
1651.
30. Pofewitz / Palth. / statua
memoriae in obitum patris
Wilk. Pofewitz pastoris Ecclesiae
Langsd. 1659. Phil. Em. Forsteri
31. Epigrammata, in Phil. Em. Forsteri
insignia Doctoralia, 1655.
32. gratulatio de Nuptijs Christiani
Pilsfeldy superint. Wernigeroda,
ni 1656.
33. Epithalamia in nuptias Johannis
Caselitz, 1656.
34. Vota dicata Nuptijs Christiani
Guntheri Forsteri 1656.
35. Lamberg / Christoph. / Kaiser
carmen auf Ernst Gottlieb von
Schwarzhed. 1659.
37. Vota nuptijs Jodoci Schlaff,
1660.



- 38 Hochzeit Carmen an Andreas
Bomemann 1663.
- 39 gratulatio de Nuptijs Mich.
Jundfish 1664
- 40 gratulatio de Nuptijs Lambergio =
Haberstrahianis 1664.
- 41 gratulatio de Nuptijs Johannis
Wilhelmi Bond 1664.
- 42 gratulatio de Nuptijs Christophori
Lambergij Coniun: Aulic: Werninge
rodani 1664.
- 43 gratulatio de Nuptijs Johannis
Tobiae Rodini 1665.
- 44 sonett gedicht auf die Hochzeit
Christian Friederich Gutführ,
1666.
- 45 gratulatio de Nuptijs M.
Christoph: Müller
- 46 Exclamatio de morte Johannis
Wilhelmi Bond 1666.
- 47 gratulatio de Nuptijs Andr:
Wilh: Friese 1667.
- 48 Müller / Joh: / Trauer ord.
auf Friedwif Christoph
Lamberg 1667.

49. vativa Gratulatio in onomasteria
 Joh. tob. Rodini 1668.
50. fünfzeit Carmen auf August
 Heberling 1669.
51. fünf Carmen auf Joseph
 Catharine von Schirbed. 1669
52. fünfzeit Carmen auf Erasmus
 Thom. Polswed; 1671
53. gratulatio de die onomastico
 theodori Mohr, 1675
54. fünfzeit Carmen auf
 Joh. Balth. Runder
 Recter in Werningerode 1702

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, possibly a list or account, with some red ink markings.]



VETERES
VERNIGERODENSIVM
CAMOENAE.

VE TERES

MEERWIGERODEWIKM

CAMOCMAE

IN OBITU

MATTHAEI

AP. TOMINI

DE REGIA

ACADEMIA

PHYSICIS

ET MATH.

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS

PHYSICIS



A

EPICEDION.
IN OBITVM

GENEROSI ET INCLYTI
COMITIS AC DOMINI D. HEN-
RICI SENIORIS, COMITIS IN STOLBERG,
KONIGSTEIN, RVTZSCHEFORT ET VVER-
NIGERODA, DOMINI IN EPSTEIN, MIN-
TZENBERG, BREVBERG ET AIGEMONT, &c.
Stolbergæ spiritum suum pientissimè filio
Dei seruatori nostro commendantis, atq; ex

bac erumnarum ualle foeliciter discedentis, 12.

Nouembris die. Anno à partu Virginis

suprà 1572. Aetatis suæ 64.

Scriptum

A

MATTHAEO GOTHO ELRICHENSI



Islebij excudebat Andreas Petri.

M. D. LXXIII.

Illustribus atq; Gene-

rosus Dominis, Domino Christophoro Præ-
posito Halberstadenſi, Domino Ludouico, & Do-
mino Alberto Georgio fratribus, Comitibus in Stolberg,
Königstein, Rutzſchefurt & V Vernigeroda, Do-
minis in Epſtein & c. Dominis ſuis clemen-
tiſſimis: S. D.



Vandoquidem optimè videtur
actum eſſe cum ijs, quibus hoc
tempore Dei benignitate licitum
eſt vitam cum morte commuta-
re, non dubium eſt Generoſi Comites Domi-
ni clementiſſimi, ſingulari quoq; filij Dei,
prouidentia Celsitudinis veſtræ dilectum fra-
trem ex hoc calamitoſo ſæculo auocatum,
& ex maximis ærumnarum atq; periculorū
procellis præreptum eſſe, quibus hac nouiſſi-
ma mundi tempeſtate genus humanum ſi
non obrui, tamen inundari poſſe timendum
eſt, niſi antea actæ vitæ pænitudine ducti ma-
turè precibus ac votis ardentibus iram vin-
dictamq; Dei molliamus.

Quia verò tanto pietatis amore, tanta mo-
rum & ingenij ſuauitate, tanta rerum varia-
rum prudentia, tam excellentibus præterea
dotibus eloquentiæ præditus fuit Generoſus
Comes

Comes, laudabilis memoriæ, vt an inclyti generis claritate fuerit illustrior, vel pietate potius virtutumq; splendore maior, haud facile dixerim: Sanè quàm pro eo ac debuerunt, huiusmodi casum omnes boni grauius molesteq; tulere, communemq; eam calamitatem existimarunt, tale diæceseos huius amittere decus, quod diuturniori non solum vita sed & immortalitate dignissimum iudicauerint.

Etenim si quis spectet illius & pietatem & constantiam, cuius ipse non minus viuum erat exemplum, quam quisquam veterum, qui mysticis historiæ monumentis celebrantur, si sagacitatem ingenij, siue animû diuite consilio, fonte quasi limpidissimo scatem consideret, quid quæso diuinius? quid præclarius? quid nobilior? quid in quâ humanitate illa, quæ in tanto viro summa cû auctoritate coniuncta erat, possit esse laudabilior? quid amabilior? Quid deniq; iudicio de liberalium artium dignitate limatius? de quibus ita sentire ac dicere sæpe cõsuevit, sese non minus in optatis habere: Vt pietatis artium & linguarum studijs imbuatur filij sui charissimi, quàm vt multa auri talenta rudibus & indoctis possiden-

fidenda decedens aliquando relinqueret. Taceo miram eius clementiam, qua subditos, bonos ac honestos præsertim complectebatur, taceo candorem eximium, fidem, munificentiam & reliqua dona, quibus à natura fuerat ornatus ipse: Pulcherrimum exemplum in quo tum ij, qui magistratum gerunt, tum omnes reliqui quod imitentur luculenter reperiant.

Itaq; cum non mediocris aut obscura fuerit eius in filium Dei fides, nec leuis, qua pro veritate summa contentione, decertauit, constantia, æquum est, vt nomē eius eruditorum scriptis celebratum ad omnem posteritatem propagetur. Neq; defuturos spero, qui pietissimo Comiti atq; de humana societate præclarissimè merito, hanc operam sedulo nec illubenter nauare volent.

Interea clementissimi Comites, hortatores mihi fuerunt aliquot eruditionis nomine clarissimi viri, & inter hos venerandus dominus M. Michael Neander, præceptor charissimus & omni officiorum genere perpetuo reuerenter mihi colendus, vt quaecunq; de obitu Comitis excellentissimi carmen conscriberem, donec alius quispiam magis propitia Minerva,

nerua, dulcioreq; vena præstaret id, quod res
postulare videtur. Illorum voluntati cum re-
fragari honeste non possem, nec celsitudini
vestræ, si quod illi postularent fecissem, vsq;
adeò nigratum fore confiderem, insuper &
gratitudinis, hoc vltimum officium præstan-
dum censerem ei, cuius clementiam erga me
nunquam non mirificam expertus fuisset,
hoc sterile potius carmen exarare, quam vel
pertinaciæ vel ingratitude vitium incurre-
re malui.

Hoc autem carmen Celsitudini vestræ de-
dicatum volo, quod vt clementer à me, susci-
piatis, & sereno, quo soletis, animo perlegatis,
deniq; ne me clementiæ vestræ cõmendatum
habere dedignari velitis, humiliter etiam atq;
etiam rogo. Bene valete Comites illustrissi-
mi. Data Stolbergæ 5. Idus Decemb. Anno
virginiei partus &c. 72.

C. V.

addictissimus

Matthæus Gothus

Elrichensis.

A 3

EPICE-

EPICEDION.

ECquis in æquales poterit descendere luctus?
Quis quaeso inferias, meritis & munera soluet
Digna tuis, Generose Comes? quo mortis honore
Reliquias Henrice tuas decorare valebit?
Qua te laude vehet? dignè tua quaeso quis vnquam
Sufficit egregias virtutes claraq; facta
Dicere, & æternis inscribere nomina cedris?
Certè ego si vellem numeros æquare canendo
Donorum, melior Deus & natura Sagaci
Quæ tibi contulerant, brumali tempore demens
Littore Trinacrio videar disponere fluctus,
Aut siccas Lybyco campo connectere harenas,
Sirius æstiuo cum contrahit arua calore.
Nam tua se pietas sublimibus altior astris
Tollit & humana maior virtute videtur.
Attamen ingenij nervos intendere vestris
Laudibus haud renuam, quamuis facundia linguæ
Nulla subest, & ad huc meditati vellicat aurem
In diuersa trahens animum sententia discors,
Præstantemné virum tenui celebrare Camæna
Aggrediar, mæstone præmam tacita ora dolore.
Illud sacra fides & gratia debita poscit,
Hoc prohibent gemitus dolor & suspiria ab imo
Pectore singultu assiduo surgentia, Saltem
Sit mihi fas veterum sucto solennia ritu
Manibus egregij Comitiss persolvere iusta,
Postulat hoc pietas & grati munus alumni,
Nec Musas patior tristi succumbere luctu,
Veste licet pulla sint cinctæ & corda fatigent
Lamentis, lacerentq; acri præcordia planctu.

A 3

Non

Non equidem factu nequicquam inflatus inani
Verba feram, non blandiloquo Sermone legentum
Auribus ista dabo, neq; enim fucata loquamur,
Nec temerè longis verborum flexibus vsus,
Tantum summa sequar versu fastigia rerum.
Nec mihi mortalis dio afficietur honore,
Vera canam, nusquam res viuo teste carebunt,
Phæbus vt ingentes iam mille peregerat annos
Addiderat pleno quingentos in super orbe
Atq; nouem, cæli postquam moderator olympo
Venerat, humana lustrans sub imagine terras,
Auferret nostram fatalis vt hostia labem:
Nasceris, illustri veterum sate sanguine Regum
Atq; patri exoreris noua lux, Henrice, Bodoni,
Qui Stolbergiæ præclarus origine stirpis
Iuclyta ramoso iactans insignia ceruo,
Heroum nulli facilè virtute secundus
Tum fuit & placida populos in pace regebat:
Digne quidem tanto qui progredere sub auras
Patre, trahens magnos præcellsi stemmatis ortus,
Digne sed ætatum nasci melioribus annis.
Nam licet extremo vitæ informatus ab ortu
Artibus ingenuis fueras, tamen ordine verso
Tunc tibi mandantur veræ præcepta salutis.
Omnia cum fædè ante oculos pia sacra iacerent
Innumeris oppressa dolis & fraude papatus,
Certa nec æternæ staret fiducia vitæ
Solius in Christi meritis fideiq; columnis,
Sed sibi quisq; opere in proprio spem poneret, atq;
Ex propria pietate animi, post fata putaret
Possè Dei nutu cœlesti pace potiri
Tanta fuit Latij fraus & trux pestis Asylæ.

Hinc

Hinc ingens iuuenū numerus detrusus ad antra
Sacrata vt fuerat, diuum sine fine vacare
Cultibus & vigili votis incumbere cura,
Scilicet hac vna sese ratione mereri
Gaudia cœlestis regni sedesq; beatas.
Relligione patrum longos didicere per annos:
Te quoq; magnanimi sacris voluere parentes
Addictum studijs, rebus vacuumq; prophanis
Degere, & exortem charę traducere vitam
Coniugis, atq; Dei solis dare tempora sacris.
Ergo ad magnificas Vbiorum mitteris arces
Iam puer ætatis florentibus integer annis.
Hic vbi collegio Comitum de more potentum
Iungeris, & summas magno sub præfule laudes
Consequeris, fama ante alios conspectior omnes:
Te sensere pium socij sensere fidelem
Confortes quicunq; operas hausere laborum,
Queis tua dexteritas, facunda & gratia in ore
Et graue consilij pondus, moderataq; morum
Temperies semper fuit admiranda, nec vnquam
Te sine Præsul opus regni suscepit agendum
Cum te præpositum reliquis reuerenter haberet;
At Deus impleto decreti temporis orbe,
Mente tuam placida miserans Germania cladem,
Cum vltierius mundi per climata serpere nollet
Ausonia furiale malum commentaq; Sphingis
Improba, sed vellet tenebris doctrina fugatis
Clara per Europæ tractus & pura sonaret.
En accitus adest fatali luce Lutherus,
Intrepido diuina sono documenta professus
Consona scripturæ, doctis deliria chartis
Præstigiasq; Papæ damnans, turpesq; reuellens
Tecilij

Germano
Tecelij nugas, Hermanno sanguine cretus
Vnus homo mundi proceres, Tyberimq; Padumq;
Concitat in sese & pro Relligione tuenda
Mille per infernos & per discrimina mille
Ire nihil dubitat, sed stat tela omnia contra,
Et neq; per mortes animam dare mille recusat,
Impia vi sancti reprimat modò dogmata Flatus,
Acer & iniussos aris detrudat honores,
Integraq; æterno maneat modò gloria Christo,
Et tædæ durent iura intemerata iugalis,
Linquere vitales heros non ambigit auras,
Et quanquam Eumenides obstant ingentibus ausis,
Dum uaria ratione uiam præcludere tentant,
Et cursus inhibere parant, tamen acrius ille
Impiger in cæpto currentem puluere cogit
Pergere equum, verbi clypeoq; accinctus ad arma
Profilit, & fidei gladio, duce & auspice Christo,
Harpijam superat Latiam, uictamq; potenter
Sternit humi, trifidamq; illidit vertice Cristam.
Pugnantem Deus ipse iuuat, mox vana Deum vis
Mox idola cadunt & templis exulat error
Irrita iura Papæ penitus explosa fatiscunt,
Debitaq; adferitur passim sua gloria Christo,
Et nouus in tereis seclorum nascitur ordo.

Tanto igitur fœlix fato lætusq; laborum
Dum loca cuncta replet sonitu fama; Lutherus
Fortè per insuetas Vbiorum præfulis aures,
(Teutonico Hermannus fuerat qui nomine dictus)
Tanti nomen ijt facti, nomenq; Lutheri,
Protinus hic magno applausu lata ostia pandit
Aduentanti iterum Christo, merita ardua cuius
Conciliare sibi credebat sola salutem.

B

Ergo

Ergo suam plebem Latiae Babylonis acerbo
Carcere, & impura sub religione teneri
Non patitur, superum cultus exosus inanes,
Sed fidei normam certam non segniter urget
Condi praescribitque suae ditionis alumnis,
Qualem Nate Dei quondam mortalibus ipse
Vulgasti patris est gremio, quam deinde fideles
Bissenii Proceres omni regione per orbem
Rite propagarunt, roseo quam sanguine fuso
Adferere, & letho nunquam obsignare recusant,
Quicumque infracto fidei munimine fusi
Christe parens casus te complectuntur in omnes.

Nec nimis interea sese praeclarus agebat
Illustris genere & fama Stolbergius heros,
Sed socium fati huc se poscentibus affert,
Atque operas iungit dulces, tum provida doctus
Consilia in medium profert, & strenuus haeret
Praesulis ad latus assidue, ceu fidus Achaes
Troiano quondam Regi constanter adhaesit,
Et velut Heliae vati comes ibat Elifa
Perpetuus, donec flammantibus ille quadrigis
Iam senior viuis veheretur ad aetheris arcem,
Sic comes Hermannii rebus non defuit unquam,
Cuius dum studuit praestantia facta tueri,
Atque animi fidens pro Christo dicere causam,
Nullius est odium veritus crudele Tyranni,
Nec frenitum ingentem, furibundaque fulmina Papae,
Sed stetit obnixus ceu murus aeneus, atque
Exilij graue passus onus pietatis amore,
Nil titubabat vitamque in aperta pericula mittit.

Huic vltro immensi licet offerrentur honores
Antea, si mitra caput exaltare bicorni

Vellet,

Vellet, & imperij sacro coeunte senatu,
Accubitu primo suffragia prima referre
Cæsaris ad lutum, regniq; opulenta tenere
Fræna Moguntiaci tanto tamen ipse neglecto
Munere, spes animo solidas concepit olympi
Et breuis vsuram pensumq; absoluere vitæ
Maluit assuetus paruo, Christi q; fauore
Saluifico clausus circum, quam diuite cultu
Affluere, & temerè veri semel agnita Sacra
Abiurare Dei fidei conformia rectæ,
Talia Iessæi perpendens carmina vatis:
Paruula quantumuis, hominis possessio iusti
Omnibus est melior regnis, quæ plurima princeps
Possidet inuisus superis, nam castra piorum
Collocat in tuto Deus, & corda impia frangit.
Vana salus hominis, nos viuo numine freti
Vincamus, paciendo, nihil patiemur inulti.
Illud enim veniet lustris labentibus æuum,
Cum diuina malos subitò vindicta præhendens
Diro supplicio premet in nihilumq; reducet.
Sat mihi habere datur, tempus modò detur in omne
Custodire viam diæ, Pater optime, legis.

Talibus atq; alijs heros sua pectora firmans
Abnuic à Verbo latum discedere ad unguem,
Sacrateq; agitât conuiuia mystica cœnæ,
Qualiter instituit rutili moderator olympi,
Vnde tulit magnum socio cum principe damnum
Dum regno excutitur Romani fulminis ictu,
Ac dum Pontificis contempto numine in ambos
Tempestas oritur furiarum maxima, cuius
Pene vtriusq; simul fuit obruta vita procellis.
At Deus auxilio præsens fælicibus ambos

Eruit auspicijs, medioq; è turbine seruan
Mitis, vtrumq; facit tuto considerare portu.
Præsul enim placida compositus pace, bonorum
Partem aliquã recipit peragitq; honorabilis æuum,
Donec morte obita cœli migraret in aulam,
Et comes incolumis patrias euadit ad arces,
Hercyniamq; plagam repetit, gaudetq; Superbum
Ex cussisse iugum collo regnumq; Papatus.

Cumq;, Deo monstrante uiam cognosset olympi,
Prospicit & dulci patriæ cum fratribus vna
Magnanimis, Verbo vt tota ditioe sonante,
Subdita gens Christi vestigia sancta sequatur.
Non leuis ambitio nec habendi cæca cupido
Flexit ab iniuncto diuini tramite cultus,
Tantaq; eum semper sacrorum cura momordit,
Vt quanquam varios vitæ traheretur ad actus
Preferret tamen humanis sacra cœlica rebus,
Hinc Verbum coluit pariter Verbiq; ministros,
Nec non ingenuis magna cumulabat honore
Artibus excultos, Siquidem virtutibus ingens,
Et pietate potens, Romano quælibet ore
Nouerat ipse loqui Sed copia largior illi
Dicere maternæ scitè discrimine vocis,
Et sua mellifluo conspergere dicta lepore,
Præcipuè verò si quando ad mutua ventum est
Colloquia, aut positis duxit conuiuia mensis,
Vtile colloquium sanctis de rebus habebat,
Et manibus versare volumina dia solebat
Sedulus, attento perquirens omnia sensu,
Vnius in Christi quia suspirabat amorem.

Singula quid memorem? nil nō moderabile fecit
Namq; animis altè poterat perpendere secum

Quid

Quid fortuna ferat populi, quid tempora poscant,
Quem finem leges spectent, qui casus agat res,
Et quo quamq; modo possis componere litem
Monstrabat facile suasu dexterimus autor.
Sæpius hunc igitur quando responsa petebant
Rebus in ambiguis coniuncti sanguine fratres,
Consilio in melius scitè meditata ferebat.
Adde quod amplexu multos tractabat amico
Donaq; concessis pro viribus obtulit vltro,
Quos angusta domi visa est macerare facultas,
Præsertim famulos peramica mente fouebat,
Non modò qui domini sed & agnouère parentis
Principe in hoc animum. Vos tanti luminis orbi
Lugere ô focij, atq; atro carbone notandum
Hunc habitote diem, quo tam memorabilis heros
Tàm pius occubuit fatis ereptus iniquis.
Nam postquam senio canentia tempora presit,
Quatuor, & senos vbi quinq; bis egerat annos,
Et iam legitimi dulcissima pignora lecti:
Dilectum Musis te scilicet vsq; Bodonem,
Quiq; refers candore pium Ludouice parentem,
Et qui Magnanimi specimen præferre videris
Paruule Christophori sacro cū nomine: Et Annam
Rara cui tenero residens in corpore virtus
Emicat & blandum commendat gratia vultum:
Viderat, egregia quæ protulit indole coniunx,
Celsa nata loco coniunx, cui nomen Elisæ,
Gleichenidum antiqua quæ prodijt inclyta stirpe:
Decubuit tandem vitæ statione peracta,
Corporis exutus vinculis, animamq; fideli
Ingremio Christi possuit, quem semper in ore
Semper honoratum fido sub pectore gessit,

Quem penes æternæ fruitur iam munere pacis,
Sed quonam versu tantos comprehendere luctus
Eualeas? quis opus tam lamentabile fando
Temperet à lacrymis? morbo confixus acerbo
Debita naturæ dum vult persolvere & optat
Linquere vitales auras ter maximus heros,
Ecce graui pectus iam dudum faucia cura
Vxor Elisa latus domini complexa iacentis
Hæret in expletum lacrymans (miserabile visu)
Nec potis à dulci complexu auellier vsquam.
Haud secus ac si qua dilecto à compare turtur
Aut interuentu mortis diuisa dolis uè
Aucupis aut rabie accipitris, sedet arbore sola,
Multa gemens, multoq; incusans murmure fata,
Nec quò se uertat uidet aut quò tendere possit,
Et vitam assiduo depascitur eiulatu.

Sic comitissa suum defungi luce maritum
Ut videt, ut perit, ut subita vi victa pauoris
Corruit exanimi similis, ceu viuere binas
Vno coniunctas animas in corpore credas,
Et iunctas pariter supera ad conuexa volare.
Pròh dolor, ò ingens dolor est, supraq; dolorem est,
Si, quos castus amor sincero fædere iunxit,
Fortè inter medios venit implacabile numen
Parcarum, ressecans fatali stamnia falce,
Alter ut alterius prosequatur funera fletu,
In viduoq; thoro, quod restat transfigat æuum.

Eloquar an fileam? quæ tum monimenta doloris
Germano moriente dedit, celeberrimus heros
Christophorus, tanti mensuram nominis implens,
Fratris ut exanimi digito sacer annulus hæret,
Detrahit hunc, imoq; trahens à pectore vocem,
Oscula

Oscula sigillo verba inter talia libet:
Annule chare mihi, longè ô Charissimus ille,
Cuius tu cinxti digitum, dum fata sinebant,
Dicebat: lacrymisq; sinus implebat obortis.
Nec te carminibus nostris Alberte tacebo,
Qui Stolbergiadum quanquam fortissimus, inter
Bella minasq; ausis quemuis durare laborem
Attramen in tanto germani funere fratris
Quas te non lacrymas quos te non ædere fletus
Vidimus? efflanti vitam dum cominus adstas.
Hic quoq; perculerit vestras vbi nuncius aures,
Vulnera mæstitiæ tibi quanta tulisse putandum est
Docte senex, Ludouice comes? quæ Rhenus adorat,
Quem colit imperij præses, quem Vesper & ortus
Suspicit & quo se Stolbergia iactat alumno.

Salue Sancte comes, mundi iam functe periculis
Aternumq; Vale. Semper tua nomina viuent,
Si pia posteritas modò, si monimenta piorum
Et Veterum annales vlla regione manebunt.

F I N I S .

**Distichon continens Annum ætatis &
obitus eiusdem.**

**QVatVor IMpLeras annos bis fenaq; LVSTra
HenrICE: hInC ablens CœLICa regna petIs.
Paulus Kefsler, F:**

Oculus huius verba inter esse libet:
Anale charte minis longis & Charitatis hie
Cuius in charta huiusmodi factum
Dicitur huiusmodi factum huiusmodi
Nec te carminibus nostris Affert racho
Oligobolus huiusmodi quodammodo factum
Dicitur huiusmodi factum huiusmodi
Dicitur huiusmodi factum huiusmodi
Quod non factum huiusmodi factum
Videtur huiusmodi factum huiusmodi
Hic quoque percolat huiusmodi factum
Vultus huiusmodi factum huiusmodi
Dicitur huiusmodi factum huiusmodi
Quem ecclesiam huiusmodi factum
Subiit huiusmodi factum huiusmodi
Sane huiusmodi factum huiusmodi
Attendant huiusmodi factum huiusmodi
Si huiusmodi factum huiusmodi
Et Victoriam huiusmodi factum huiusmodi

F I N I S

Dictionum continens Annuum scatis &
omnis eisdem.

Quod huiusmodi factum huiusmodi
Huiusmodi factum huiusmodi
Pars huiusmodi factum huiusmodi



AB 154327

Yo-31.

ULB Halle

3

004 052 900




R

Vb 17

Sb.





1

EPICEDION.
IN OBITVM

GENEROSI ET INCLYTI
COMITIS AC DOMINI D. HEN-
RICI SENIORIS, COMITIS IN STOLBERG,
KONIGSTEIN, RVTZSCHEFORT ET VVER-
NIGERODA, DOMINI IN EPSTEIN, MIN-
TZENBERG, BREVBERG ET AIGEMONT, &c.

Stolbergæ spiritum suum pientissimè filio
Dei seruatori nostro commendantis, atq; ex
bac erumnarum ualle foeliciter discedentis, 12.

Nouembris die . Anno à partu Virginis

suprà 1572. Aetatis suæ 64.

Scriptum

A

MATTHAEO GOTHO ELRICHENSI



Islebij excudebat Andreas Petri.

M. D. LXXIII,

